



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

7. Necessè est vt veniant scandala.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

Evangelicæ iuxta omnes Concordantias manifestum filium atque contextum. Ne videlicet ad illam cæterorum Apostolorum de primatu contentionem, hoc Christi factum vlllo modo pertinere videretur. Ita omnibus modis fallendis imperitis insidias struit Calvinus.

IN MATTHÆI CAP. 18.

7. *Necesse est vt veniant scandala.*

**N**ECCESSITAS hæc nec ex parte rei est absoluta, nec propter Dei præscientiam aut voluntatem infallibilis. Neq; enim quia Deus præscit, ideo euentura sunt scandala; sed contrà quia sunt euentura scādala, ideo Deus illa præscit futura. Multo minus quia Deus vult fieri scandala, ideo necesse est fieri. *Deus non est author malorum.* Non enim Deus *Psal. 5.* volens iniquitatem tu es; ait Propheta regius. Sed posita hominum in mundo malitia & corruptione, necesse est ea venire; sicuti posita hominis infirmi mala dixera, necesse est illum malè habere. Cauendus igitur hæreticorum commentarius, Caluini imprimis; qui scribit hoc loco, Deum velle homines scandalis esse obnoxios, quò fidem suorum exerceat: nec obstrepere nos debere, aut absurdum putare, quòd laxet Satanae frenum Deus, sed de arcanis Dei consilijs reuenter sentire. Ita homo impius iuxta satanicam illam suam doctrinam, quòd Deus est author peccati, hanc Scripturam contrumpit, vt necessitatem scandalorum Dei prouidentia, adeoque voluntati impingat.

10. *Angeli*